



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Henr. Harphii Theologi Eruditiss. Ordinis  
Minorvm, Ac Rervm Divinarvm Contemplatoris eximij.  
Theologiæ Mysticæ Libri Tres**

**Henricus <Herpius>**

**Coloniæ, 1611**

Meditationem varietas, & efficacia, & de sex gradibus earundem. Cap. XVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37362**

dine nostra: & omnia, quæ in mortali natura gesit, & passus est: considerando ex his immensam charitatem, bonitatem, ac clementiam, & ex hoc concipiet veram perfectamq; confidentiam ad Deum. Deinde excitabit seipsum ad faciendam vindictam coram Deo de peccatis propriis in perfecta contritione, & odio peccatorum, in vera cōfessione, & pœnitentia: excitabit etiam seipsum ad abstrahendum se ab omnibus peccatis, & creaturis, conuertendumque se ad omnes virtutes, & ad totaliter se offerendum diuino beneplacito, cum effluxu quodam amoroso, & gratiarum actione ad Deum. Et hoc modo spiritualiter regenerabitur in nouum quandam statu gratiæ, Deoq; vnietur in vinculo amoris: & ex hoc propriè consurget ad veram spem, & cōfidentiam ad Deum. Nam solus amor Dei perducit hominē ad verā spem, & cōfidentiam, Amor Dei, diuinę misericordię, bonitatis, largitatis, & familiaris amicitię, ad quę nulla virtus seu virtuosum opus misericordię, vel pœnitentię, quantumcumq; magnū, sed neq; passio quantumlibet grauis, perfecte, & veraciter hominem perducere potest. O sancta spes, & beata cōfidentia, dummodò non prouocet hominem ad ignauiam, & acediam, sed ad gratitudinem, ad amorem, ad studiositatem omnium virtutum, ad asperitatem pœnitentię, & voluntariam suijpsius mortificationem.

Meditationum varietas, & efficacia, & de sex gradibus earumdem. Cap. XVI.

**C**onsequenter, ad discernendum inter exercitia actiua virtutis scientium, quod meditationes exercitorum duos fines habet, timorem videlicet, & amorem: siue timorem seruilem, metuentem pœnam purgatorijs, aut inferni, atq; vindictā: & timorem filialem, qui formidas Deum offendere, aut ingratus esse. Meditationes ergo, res. quanto seruili timori magis approximant, tanto minoris sunt meriti: & quanto filiali timori seu amori propinquiores extiterint, tanto Deo acceptiores sunt, & meriti maioris, purificantq; animam per amplius à peccatis, & ad proficiētē vitam magis adiuuant. Ideoq; meditationes illæ minores reputantur in merito, quæ timorem solum incutiunt, ut sunt meditationes de morte, iudicio, purgatorio, inferno, & huiusmodi. Sunt tamen nobis necessariae pro excitamento seruoris contra vitia. Ideo sanctis olim eremitis solebant esse valde familiares. Post has sunt meditationes de vita æterna, quia meditationes æternæ vitæ in homine incipiente plus querunt suijpsius commodum, & utilitatem.

VVV 4: quam:

quam diuinum honorem, ac beneplacitum. Exercitium vero æternæ  
vitæ in homine proficiente, & perfecto, multo nobisius est, & utilius in  
gratia, & meritis. Supra has sunt meditationes de contritione, & pos-  
nitudine peccatorum, de pudore coram Deo, de auerlione à peccatis,  
& à mundo, quæ proueniunt ex præteriorum peccatorum recorda-  
tione cum amaritudine cordis, quemadmodum rex Ezechias dicebat:

*Isaia 38.* *Recognabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ mee.* In hac autem  
contritione, & amaritudine plus homo ponderare debet peccatorum de-  
formitatem, indignationem Dei, amissionem gratiæ, & gloriæ, quam  
dispendium proprium, confusionem, periculum, amissionem tempo-  
ralium, & similia. Ultra has in quarto gradu meditationum sunt ex-  
ercitia passionis Dominicæ ad habendum compassionem. Bernardus

Meditandi  
passionem  
Christi  
gradus,

namque in Sermonे feriæ quarta post Palmarum, ponit tres gradus  
exercitandi se circa passionem Domini, quos appellat opus modum,  
& causam. Primus gradus est, ut recognoscimus opus passionis, ad ha-  
bendam compassionem, ut participes efficiamur passionis eius, & glo-  
riæ: & istud spectat ad homines actiuos, & incipientes. Secundus gradus

Opus.  
Modus.

est, recognoscere passionis suæ modum, videlicet qua humilitate abyssa-  
li, patientia, mansuetudine, & desiderio passus sit, ita quod in eius pa-  
sione inuenire poterimus perfectionem omnium virtutum, quas ad-

imitandum in ipsa considerare debemus, & istud respicit proficientes.  
Et iste est quintus gradus meditationum, exercitare scilicet virtutes  
ad alsumendum ipsas, & imitandum. Tertius gradus est, recognoscere  
causam, propter quam Christus passus est, hoc est, immensam chari-  
tatem, quam in hoc nobis voluit demonstrare: & hanc meditari de-  
bemus, ut vice versa eius amore vehementer inflammemur, quod pro-  
priè pertinet ad perfectos. Attamen hunc amorem in omnibus exerci-  
tationum gradibus exercitari oportet, si in bona vita quis proficeret  
voluerit. Ita autem gradus in passione Domini se exercitandi, inclusus  
est in sexto, & supremo meditationum gradu, qui est, meditan-  
do seipsum in Dei amore exercere, quamvis sint adhuc alia sublimiora  
exercitia nudi amoris, ut postea audiemus.

*Spiritualium exercitiorum practica, quibus proficiendum.*

*Cap. XVII.*

**P**rosequendo igitur materiam nostram, postquam se quis exer-  
citauit tribus mensibus, aut sex, aut anno uno, donec in se sentiat  
deside-